70.

Bischof Rudolph von Meißen bestätigt 8 Mark Jahreszins, welche ihm der Pfarrer Schönberg in Kamenz zur Errichtung des Heiligenkreuz-Altars in der Pfarrkirche daselbst dargebracht hat.

Stolpen, 1421 Jan. 3.

Hdschr.: Abschrift in der „Oberlaus. Urkunden-Sammlung“ zu Görlitz mit der Notiz: aus R. collect.
Anm.: Der hier Schoenberg *genannte Pfarrer dürfte mit dem in No. 61 erwähnten* Schonbir *identisch sein.*

Rudolphus dei gracia episcopus Misnensis omnibus in perpetuum. Divini cultus augmentum —. Sane quia certi annui census, puta octo marce perpetuorum reddituum justo et legali reemtionis titulo in certis villis et bonis nobilium dominorum Henrici, Burseni *(sic)* et Balthasaris de Camenz comparate, in villa videlicet Romnaw tres marce, in villa Bretnich tres marce, due marce grossorum Pragensium Polonicalis pagamenti in villa Bischoffsheim situate et jacentes, per honorabilem virum dominum Schoneberg plebanum in Camenz, item ejusdem prati vulgariter Schafweyde nuncupati ante oppidum Bischofwerdam siti pretium sive valor post mortem honeste matrone Margarethe Hornbock vendendi et divolvendi, ad laudem dei omnipotentis ac ejus genetricis intemerate virginis Marie ac omnium sanctorum ejus in remedium peccatorum, eorum officium, ipsorum quoque parentum progenitorum ac omnium Christi fidelium animarum pro salute, in dotem et proprietatem altaris sancte crucis in dicta ecclesia parrochiali in Camenz consecrati, pro divini cultus incremento ac perpetua missa in eodem jugiter celebranda[a]) in certis privilegiis dictorum dominorum de Camenz desuper fideliter conceptis[b]), sunt oblati cum supplicatione humillima et devota, quatenus dictorum censuum et prati post mortem prefate Margarethe ad dictum altare devolvendi oblationem pro fundatione, erectione, instauratione dicti altaris sancte crucis paterna benignitate gratiosius admittere — dignaremur, nos igitur —. Preterea idem altarista omnibus diebus dominicis et festivis divino non tam vacabit officio, sed et feriatis diebus tres missas hebdomatim celebrabit, de quorum numero singulis sextis feriis loco et in vim restauri[c]) ad nutum et dispositionem plebani missam de sancta cruce solenniter per anni circulum perpetuis temporibus tenebitur decantare. Collatio vero dicti altaris ad prefatum Nicolaum Schoneberg, ipsius fratrem in Camenz, Annam sororem ipsorum in Bischoffwerda et heredes eorundem perpetuis temporibus pertinebit. — Nulli ergo omnino —. Si quis autem —. Datum in Stolpen anno domini MCCCCXXI° feria VI. post festum sancti Johannis evangeliste.

71.

Kaiser Siegmund gestattet der Stadt Kamenz, den Sedelhof zu Wiese, der vormals Heinrich von Bloschdorf und seinen Brüdern gehört hat, von Hans von Polenz auf Senftenberg zu kaufen und denselben zu Erbe und Eigen zu besitzen, auch zu theilen.

Brünn, 1421 Apr. 29.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 171[a] mit beschädigtem S. Auch Vidimus des Raths zu Bautzen von 1461 Sept. 11, Stadtarchiv Kamenz No. 171[b] mit S.
Anm.: In dorso: R[m]. Henricus Fye.

70. *a)* celebrata. *b)* conceptorum. *c)* restaurationis.